



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Praxis VII. Tempore Pentecostes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

sihisi à te? assiste itaque gratiâ tuâ, & protectione defende ut nunquam tentationi succumbamus.

VII. Tu es denique *Liberator* - *ster*, ad quem confugimus, ut à malis omnibus nos eripias. Et quidem in vita præsentè, libera nos à malo culpæ lethalis, quod malū super omne malum est: in altera vero libera nos à malo pœnæ æternæ, quod terribilium omnium terribilissimum est.

Praxis VI.

Tempore Paschali.

Recole septem Christi Domini apparitiones indicatas supra.

Praxis VII.

Tempore Pentecostes,

Christum Dominum in Templo visitans, accede ad illum jam I. tanquam ad Solem, radiisq; ejus te expone, ut illustreris

II. *Alias adi tanquam ad ignem, ut frigidum cor tuum incalescat.*

III. *Tanquam ad Jordanem, ut cum Naamo, laveris & munderis.*

IV. *Tanquam ad Speculum Virtutum, ut defectuum maculas cognoscas & abstergas.*

S 5

V.

V. *Tanquam ad Fontem Aquae vivae, ut sitim cupiditatum restinguas.*

VI. *Tanquam ad Arborem vitae, ut vitam spirituales conserves & sub umbra eius requiescas.*

VII. *Tanquam ad Magnetem, ut ferrenum cor tuum attrahat & sibi copulet. Et in singulis visitationibus, pro beneficio ultima visitationis gratias age, pro sequente gratiam posce.*

Praxis VIII.

Post Festum SS. Trinitatis.

Templum ingressus, per fidem vivam in praesentia Christi te statue, Omnipotentiam eius expende, & audi dicentem: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: ac confidenter pete ut potentiam suam in te exferat, & a septem peccatis capitalibus te liberet. Alias expende parumper infinitam eius Charitatem, quam non solum demonstravit antea degenis in vita mortali; sed hodie dum ostendit in vita gloriosa, dum tamdiu te expectat in Ara, ut petitum aliquid venias & obtineas. Pete itaque septem Virtutes, res

Theo.